

C A P U T XVI.

D E T H E O D O R I C O .

THeodoricus Casinensis gymnaſii Preſbyter, Vir inter Scriptores Ecclesiasticos non immerito prædicandus: Historiam Sancti Confessoris Christi Firmani, & hymnum in laudem Beatissimi Mauri venusto ſtyle deſcripſit.

A N N O T A T I O .

Quisnam fuerit Sanctus Firmanus qui ſcire deſiderat, confulat Card. Baron. in annal. Eccles. ad ann. DCCCCXCIII. qui citat etiam S. Petrum Damianum, ante cujus tempora vixit. Unde Ferrarius in catalogo Sanctorum sub die II. Martii ſic legit: *Firmanus, Firmi in Piceno natus, admirabiliter floruit sanctitate, qui inter sanctos Confessores, non ſolemni ritu, ſed ſola altaris, facelively eretione relatus eſt.* Arnoldus Wion lib. 2. cap. 78. Lign. vit. in Theodorico haec refert: *N. Theodoricus Monachus, & Sacerdos Monasterii Casinensis ſcripſit de vita Sancti Firmani Epifcopi lib. 1. De S. Mauro Abbe hymnum unum.* Vofſius de hiftor. Lat. in Theodorico, nuncupat Firmum, & ait fuſile pium Ambienfem in Galliis Epifcopum, qui temporibus Diocletiani martyrio deceſſit 7. Kalend. Octobris: utrique tamen decepti, ut credimus, ob ſolam nominis ſimilitudinem, aut ob depravati forſitan codicis lectionem; Theodoricus enim noſter Sancti Firmani Confessoris Ord. S. Benedicti vitam deſcripſit, non autem Firmani Epifcopi, aut Firmi pariter Epifcopi. Fuit quidem Firmanus Monachus, & Abbas Monasterii Sancti Sabini in Firmana Civitate, at non Epifcopus; deceſſitque ante Leonem Papam IX. Olim in Cathedrali Firmana huic Sancto dedicatum viſebatur altare, & in Eccleſia Sancti Jacobi ad radices Montis Gerionis magno populorum concurſu eius festum celebrabat, cui item viſendum ſanè altare confeſcraverunt. Legitur præterea Ubertus Epifcopus Firmanus non ſolū Eccleſiam Sancti Michaëlis Archangeli prope mare in fundo Rejano ſitam anno Dom. MXVI. Abbatii Firmano, & Monachis S. Benediti confeſſi: verū etiam multa alia bona, prædiaque, anno MX. tradit Leo Ostiens. in Chron. lib. 2. cap. 26. Vide eruditissimum Ughellum, virtutibus omnibus perifignem, ac in cumulandis Ecclesiasticis monumentis perpetuum cultorem, diligentissimumque indagatorem, tom. 2. Ital. facr. in catal. Epifc. Firmanorum in Uberto. Claruit Theodoricus circa annum Dom. MXII.

C A P U T XVII.

D E S T E P H A N O .

Stephanus S. R. E. Pontifex, vir eruditissimus, ac singularis, priuè quidem S. R. E. Cancellerius ac dicti Casinensis Cœnobii Abbas effectus, poſt Richerii tranſitum carne ſimul & ſpiritu

Tom. VI.

A nobilissimus, dum causâ confeſcationis ſuę ad Urbem Romam pergeret, deſuncto Victore Eccleſiae Praefule à Cardinalibus, & Epifcopis Romanis Pontifex eligitur. Scriptū apud Constantiopolim adverſus Michaëlem ejusdem Urbis abuſum Patriarcham unā cum Uberto librum de Corpore Domini, in quo omnia, quaꝝ Graci adverſus Latinorum ſacrificium delatabant, deſtruxit. Alium etiam librum de eadem re edidit adverſus quendam Monachum Constantinopolitanum. Claruit verò temporibus Constantini, & Henrici Imperatorum; ſepultusque eſt in Cittate Florentiæ, ubi multa signa, uſque in hodiernum diem per eum Deus patrare non ceſſat.

A N N O T A T I O .

Stephanus Papa Decimus, antea Fridericus è nobilissima Familia Lotharingiæ, (aliq[ue] nonum legunt, eo quia Pontificum catalogo Stephanum hujus nominis ſecundum Zacharia Pontificis ſucceſſorem non adſcribunt, cùm dies tres ſolummodo in Pontificatu tranſegerit: quæ ratio non debet certè illum ab albo Summorum Pontificum expungere.) Fuit itaque frater magni Gotthifredi Regis Hierosolymitani: Vir quidem nobilitate ſanguinis ſatis notus, ſed animi ſplendore, & doctrina multò magis clarus. A Leone Papa IX. ejus confanguineo, Cardinalis Diaconus Sanctæ Mariae in Dominicā anno Dom. ML. ac etiam S. R. E. Cancellerius, & Bibliothecarius creatus legitur: Constantinopolim mittitur, Græcam Eccleſiam cum Latina conciliatur; Michaëlem Cœnabrum Patriarcham ejusdem urbis depoſuit, & anathematis vinculo innodavit; inde rediens, ſeculique tædio affectus, verū pro certo habens illud Philoſophi à Plutarcho singulari commentario celebratum, *Latens viue*, Casinum petit, ubi poftis honorum iſigniis ad exactam religioꝝ humilitatis legem ſe totum compoſuit: Et poft biennium communibus Monachorum ſuffragiis creatur Abbas in locum Richerii anno MLVII. IV. Kalend. Junii die Veneris poft Pentecosten; depoſito Petro, qui præproperè fuerat intruſus. Quare delati muneri confirmationem petiuitur (nec enim fas erat Casinatem Praefecturam Romani Pontificis injuſſu adire) Florentiam, ubi per eos dies Victor Papa II. degebat, ſe contulit, à quo non ſolū Abbas (quod querebatur) ſed iterum etiam Cardinalis tit. Sancti Chrysogoni, ex Archidiacono S. Maria in Dominicā, factus Presbyter ſecunda promotione, iſque ſolus, præter opinionem & votum renunciatur Anno MLVII. In reditu igitur ē Tufcia, dum Roma etiam ſubſifteret, nunciato Victoriſ obitu, per Bonifacium Epifcopum Albaenfem, mirifici Sacri Senatus conſpiratione in demortui Pontificis locum ſublegitur, adeò invitus ac reluſtant, ut per vim ex hospitio ad Baſilicam S. Petri ad vincula educendus fuerit, Pontificatumque ipſi procurantibus ajebat mores: *De me non potestis agere, niſi quod permiferit Deus, & abſque illius nutu, nec mihi dare, nec auferre iſtud potestis.* Po-